



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XXIV. Privilegium exemptionis à solutione decimarum, quod
habent equites Hierosolymitani, quomodo intelligatur, & quibus
suffragetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

D E C I S I O XXIV

Privilegium exemptionis à solutione decimarum, quod habent equites Hierosolymitani, quomodo intelligatur, & quibus suffragetur.

Reverend. P. D. Meltio.

Cæsaraugustana decimarum.

Lunæ 12. Decembris 1650.

S U M M A R I U M.

- | | |
|--|---|
| 1. Arbitrium regulatur à jure. | 11. Privilegia Religionis Hierosolymitanæ super non solutione decimarum non impediunt possessori manutentionem, quousque bene discutiantur. |
| 2. Arbitrium remittit aliquid de juris vigore. | 12. Possessio decimarum per testes petitur, & sufficit quod illi de decimis deponant, n. 13. |
| 3. Arbitrium non dat facultatem recedendi à dispositione juris. | 14. Privilegia in exorbitantibus debent esse specifica. |
| 4. Decima habent viam executivam. | 15. Privilegium exemptionis decimarum strictè est intelligendum. |
| 5. Decima solvenda sunt: etiam lite pendente. | 16. Privilegium exemptionis tantum operatur, quantum in eo exprimitur. |
| 6. Episcopus habens possessionem decimarum in ea manuteneri debet. | 17. Donati Religionis Hierosolymitanæ gaudeant exemptione à decimis. |
| 7. Appellatio non datur à condemnatione ad solvendum decimas, quando petitor est in possessione eas percipiendæ. | 18. Et quid de oblatis ? |
| 8. Arbitrium non intrat pro retardanda executione decimarum. | |
| 9. Possessor lite pendente suâ possessione privari non debet. | |
| 10. Exceptiones requirentes discussionem | |

- 19 Privilegium exemptionis decimarum 23 Exemptio à decimis non solet concedi, nisi cum maxima difficultate.
- 20 Expressam derogationem cap. nuper de decimis continere debet. 24 Exemptio decimarum dicitur odiosa, & ideo restringenda.
- 21 Dispositioni concilii non derogatur nisi per specialem derogationem. 25 Clausula subblata & decretum irritans, nihil operantur in casu non comprehenso.
- 22 Constitutio Pii V. super exemptione decimarum, de quibus decimis loquitur. 26 Decima spirituales solvuntur ratione honorum patrimonialium.

Commilla mihi hac causa in gradu appellationis cum clausula, non retardatâ solutione arbitrio Rotæ proposui dubium, an intraret arbitrium ad effectum super defendendi in solutione decimarum, de quibus agitur; & Domini illud non intrare censuerunt. Nam arbitrium à jure regulandum est juxta doctrinam Bart. non intrare censuerunt. Nam arbitrium à jure regulandum est juxta doctrinam Bart. ¹
 extravag. Ad reprimendam, ver. in deb. n. 8. Cas. de Grass. dec. 7. num. 6. in fine & de ²
 ces. 550. num. 2. de re judic. Rota in recent. dec. 365. num. 1. par. 1. & dec. 698. num. 1. par. 2. ³
 & dec. 550. num. 1. 264. num. 1. par. 7. & sapsimè in alius, & licet arbitrium soleat a- ⁴
 liquid remittere de rigore juris. Crescent. dec. 4. num. 3. de testib. Seraphin. dec. 1114. ⁵
 num. 1. non tamen tribuit facultatem recedendi ab illius dispositione. Rot. dec. 512. ⁶
 num. 1. par. 4. recent. Undè cum agatur de decimis, pro quibus competit via executi- ⁷
 va, atque à decretis ad earum solutionem condemnantibus non admittatur appella- ⁸
 tio suspensiva ad text. in cap. ex multiplici & cap. tua nobis de decim. Prefec. in praxi Epi- ⁹
 scopali par. 2. cap. 4. tit. de decimis, num. 59. Joan. Francisc. Leo in Thes. fori Eccles. par. 2. ¹⁰
 cap. 27. num. 42. Scacc. de appell. quæst. 17. Limit. 18. num. 1. cum pluribus aliis relatis ¹¹
 per Modern. Mediolanen. de decimis cap. 3. num. 58. qui declarat etiam commissionem ¹²
 appellationis in causa decimarum dari cum clausula, sine retardatione solutionis; ¹³
 nam pendente etiam lite illæ sunt solvendæ, ut restatur Marchesan. de commiss. ap- ¹⁴
 pell. à causa decimarum §. 1. numer. 43. & seq. & numer. 62. ideo arbitrium intrare ¹⁵
 non potest pro retardanda executione solutionis, maximè stante possessione Ar- ¹⁶
 chiepiscopi illas exigendi, qui in ea est manutenendus, ex vulg. §. retinende. Instit. ¹⁷
 de interd. & in ter. inis decimarum. Rot. dec. 402. n. 2. par. 2. recent. & fuit resolu- ¹⁸
 tum in Carpentier. acten. decim. 4. Julii 1618. coram b. m. Manzanedo. & in Hispanen. de ¹⁹
 cim. arum 27. Junii 1644. coram R. P. D. Corrado, & in alia Hispanen. decim. de Baraona ²⁰
 12. Januarii 1646. coram R. P. D. meo Cerro nec non in alia simili 15. Febr. 1647. coram me. ²¹
 & 15. Junii 1649. coram R. P. D. meo Bichio. Toletana decim. 21. Junii 1649. coram R. P. D. ²²
 meo Ottobono, & in alia Toletana decim. 28. Ian. præteriti coram R. P. D. meo Roias. Et præ- ²³
 dictum quod nõ detur appellatio sine retardatione solutionis decimarum, quando illas ²⁴
 pecens

petens est in possessione exigendi, tradit *Gomes* in *praxi* utriusque *signaturæ* *num. 1.* prout in puncto, quod in his terminis non intret arbitrium, firmavit *Rota* *dec. 21. numer. 1. & seq. inter impress. apud Modern. de manuten. de manu ten. ubi assignatur ratio, quæ est, ut neque de jure, neque de acquitate possessor privari debeat jure ei competentis pendente lite, glos. in cap. 1. ver. de ferre ubi Abb. *num. 4. ut lue pend. Dec. cons. 91. n. 1. Put. dec. 497. num. 1. lib. 2.**

- Non obstant privilegia sacre Religionis Hierosolymitanæ circa exemptionem à solutione decimarum, quia illa impedire nequeunt, ut Archiepiscopi possessor in sua possessione continuando exigere possit à debitoribus, dum non sunt elata, sed aliquam requirunt discussionem, quæ proinde remittendi sunt ad quætorium. *Rota* apud *Post. de manuten. dec. 157. numer. 5. & d. dec. 211. num. 5. & seq. ac in aliis omnibus decisionibus supra relatis. & signavit in Hispanen. decimarum coram R. P. D. meo Corrado. §. quia fuit &c. & in alia Hispanen. decimarum de rationa coram R. P. D. meo Cerro. §. nec relevat quæ loquitur in terminis privilegiorum sacre Religionis Hierosolymitanæ, & interim, ut retardari non possit manutentio possessori, donec & quovis illa plenius fuerint discussa, firmavit *Rota* in *Hispanen. decimarum* 15. Februarii 1647. §. undè & in eadem 19. Junii 1648. §. non obstat coram me. Possessio enim relevat, ac suum parit effectum, quotiescunque est temporis considerabilis, ut in isto casu, etiam si esset nedum contra præsumptionem juris, sed etiam contra jus; quæ quidem Archiepiscopi possessio per longum tempus probatur ex depositionibus duorum testium, quæ dantur in epi Summario *numer. 2.* imò ad istum effectum declarat *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 11. numer. 55.* sufficere possessionem decennale. *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 12. numer. 4.* *Rota* in *Mediolanen. nominis Capituli* 10. Martii 1649. §. quia respiciatur coram me. & in *Beneventana emphyteusis* 1. Julii præteriti. §. ad eò quod coram R. P. D. meo *Bichio.**

Quod autem d. privilegia sint valde dubia, patet. Nam illud Sixti V. continet quidem communicationem privilegiorum in genere, quod propterea non recipit extensionem, ut comprehendere valeat exemptionem à solutione decimarum spiritualium, quæ tanquam exorbitans à jure communi, ac tertio præjudicialis sub generalitate verborum comprehendendi non poterat, sed speciali nota digna erat. *Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. disp. 15. quest. 18. num. 34. & seq. Cavaler. dec. 247. num. 10. ver. tandem. Rota* in *recent. dec. 214. num. 1. par. 2. d. 40. num. 8. par. 4. & dec. 30. num. 9. ead. par. 4. tom. 2. & coram Coccino dec. 279. num. 3.* ubi in his prædictis terminis dicitur, quod in communicatione privilegiorum non veniunt, quæ de facili concedi non solent, nisi de eis fiat specialis mentio.

Minus applicatur constitutio 9. Pii V. §. 63. per quam conceditur omnibus dependentibus ab Hospitali Hierosolymitano exemptio decimarum ac aliorum onerum,

nerum, collecta um atque contributionum; quia illa loquitur tantum de Fratribus d. hospitalis, de Donatis ac servitoribus illius, nec non de Vasallis, atque colonis interuentibus in Prioratibus, Bajulivatibus, Commendis, domibus, membris aut aliis prædiis, siue grangiis, non autem de istis Donatis confratribus Hierosolymitanis, qui confraternitatem erexerunt sub invocatione SS. Joannis & Georgii in Ecclesia B. Mariæ de Temple civitatis Cæsaraugustanæ, qui in nihilo religioni interviunt, sed uxorati continuo remanent in propriis domibus, unde ad illegitimum extendi non potest privilegium exemptionis decimarum, quod strictè intelligendum venit, ut per Coccin. d. dec. 279. num. 5. nec ultra in eo expressum quidquam operari potest. Cap. per exemptionem de privil. in 6. Rota decis. 30. num. 4. par. 6. 16 recent.

Et quod Donati uxorati in propriis domibus commorantes tali privilegio seu exemptione non gaudeant, sed teneantur ad jura Episcopalia persolvenda tradit Cardin. Zabarella cons. 21. in fine. ac declaravit S. Congregatio Concilii in terminis oblatorum d. Religionis Hierosolymitanæ, quæ declarationes recensentur à Barbosa de iure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 4. 4. & seqq. & firmavit etiam Rota in decis. hujus cause sub die 10. Junii 1643. §. quia non solum in fine coram me. ubi habetur, quod aliàs esset apte viam fraudandi decimas.

Valde etiam dubitarunt Domini de validitate hujusmodi privilegii, eò quia in d. constitutione Pii V. non legitur expressa derogatio ad cap. nuper. de decim. quod ut conciliare specificam illam requirebat. Archidiacon. in cap. 1. num. 2. de constit. Cocc. decis. 279. num. 6. & decis. 341. num. 2. versic. tamen quia par. 1. recent. Cavalier. decis. 247. num. 10. Rota apud Post. de manuten. dec. 157. n. 4. & fuit dictum in Percellen. decimarum 13. Novemb. 1645. §. non obstat, & 15. Januarii 1646. §. nec obstat coram R. P. D. meo Cerro. cum aliis copiosè relatis in d. Hispanen. decimarum 17. Junii 1611. coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. & cessante hac specificà derogatione, ut dari possit de defectu voluntatis respectu Papæ concedentis est text. in cap. ex parte. de capell. Monach. Felin. in c. nonnulli num. 2. de rescript. Oldrad. consil. 326. in princip. Vall. decis. 167. in princip. 167. par. 1.

At supposito etiam quod de dicta Planæ constitutionis validitate dubitari non contingeret, nihilominus illa neque suffragari posset Donatis confratribus Hierosolymitanis, nam concedit tantum Equitibus Hierosolymitanis exemptionem quoad solutionem decimarum extraordinariorum temporalium, atque aliorum ab homine impositorum, nempe datiorum, pedagiorum, taxarum, & similium, quæ in pluribus locis ratione taxæ vel recognitionis solvi solent dominis locorum, non autem quoad decimas ordinarias spirituales, & quæ jure dimittuntur, ut pluries firmavit Rota & signanter coram Seraphino decis. 1293. num. 6. versic. de illa verba Cavalier. d. dec. 247. num. 11. Put. dec. 65. lib. 3. & fuit dictum in d.

in d. Hispalen. decimarum coram R. P. D. meo Corrado §. item quia. & in allegatis Ver-
celben. decimarum 13. Novemb. 1645. §. hinc. enim. & 15. Januarii 1646. §. qua. respon-
coram R. P. D. meo Cerro. & in d. Toletana decimarum 21. Junii 1649. coram R. P. D.
 23 *meo Ottobono §. imò privilegium. ex quo enim versatur in exemptione à decimis,*
 quæ non solet concedi, nisi cum maxima difficultate, ut fuit dictum *in Valentina*
 24 *decimarum 28. Novembris 1603. coram Cardin. Lancelloto juniore. Imò habetur pro*
 materia valde odiola, propterea quantum fieri potest, strictè ea debet interpretari
Rot. dec. 71. num. 6. par. 4. recent.

Demum non obstat decisio *in Casaraugustana decimarum coram Penia*, dum
 in ea firmatur sufficere productionem privilegii, absque eo quod in iudicio ex-
 cutivo agatur de illius validitate: quia in illo casu actor non reperiebatur in longa
 quasi possessione exigendi decimas à reis conventis, prout hic clara est quasi pos-
 sessio Archiepiscopi ultra spatium decem annorum exigendi à confratribus Donatis,
 ut supra fuit ostensum. Et ulterius d. decisio fuit postea etiam declarata per
 liam editam 17. Junii 1611. *coram Sanctissimo Domino nostro*, scilicet, ut non proce-
 dat, quòd jam fuit detectum privilegia non suffragari, quæ ut non suffragantur
 in hoc casu Donatis confratribus Hierosolymitanis optimè colligitur. Tum quia ip-
 si non sunt comprehensi in privilegiis concessis Equitibus Hierosolymitanis, et
 jam deductis; undè dicere non possunt se privilegiatos, nec viam executivam im-
 pedire valent, etiam non obstante clausula sublata, & decreto irritandi, quæ alio-
 25 quin claudat os iudici & parti: de reliquo autem nihil operantur in casu non com-
 prehenso à privilegio. *Rot. decif. 109. num. 18. & seq. par. 6. recent.* Tum quia privi-
 26 legia huiusmodi nec ipsis Equitibus Hierosolymitanis prodesse possunt, nam agi-
 tur de decimis spiritualibus, quæ solvuntur ratione bonorum patrimonialium, ut
 habetur *in Hispalen. decimarum de Bar. aona 16. Martii 1646. coram R. P. D. meo Cer-*
ro §. & in hac sententiam. Et in alia sepius allegata Hispalen. decimarum 27. Junii 1644.
coram R. P. D. meo Corrado.

Et ita conclusum informante, tantum Reverendissimo D. Archiepiscopo &c.

DE.

